



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De forma Absolutionis, cap. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

LIBER III.

DE

ABSOLVTIONE.

CAPVT I.

De forma Absolu-
tionis.

§. I.

*Forma ordinaria Absolu-
tionis.*

EMmanuel Sà sic rectè ha-
bet. a Absolutionis ver- *aV. Absco*
ba necessaria, sunt, Ab- *lutio n. 1.*
solvo te; dicendum tamen,
ut est in usu. Ego te absolvo à
peccatis tuis. Quin etiam imi-
tandus sapientium mos, qui ita
absolvunt, post auditam confes-
sionem.

tionem, & impositam pœnitentiam. Misereatur tui Omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducatur te in vitam æternam, Amen. Dominus noster Iesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absolvo. Primum à sententiâ excommunicationis, in quantum possum & indiges; Deinde te absolvo à peccatis tuis, In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Passio Domini nostri Iesu Christi, & Merita Beatae Mariæ, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali patienter sustinueris tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ, Amen hæc ille.

2 Nonnulli in hunc modum & quidem ritè proferunt. *b. E.*
b. Jos. de ego auctoritate ipsius te absolvo
Augustin ab omni vinculo excommuni-
brevi not. cationis, suspensionis, & inter-
in fin. lib. dictionis, & inter-

dicti, i
 indig
 tant au
 non fu
 lud ve
 3 Qu
 dicta f
 facile p
 c. 20, a

Forma

4 U
 ves: a
 tuis, in
 & Spir
 Ego te
 furis &
 tris, &
 Amen
 5 In

dicti, in quantum possum, & tu indiges, & quæ sequuntur. Notant autem, quod si pœnitens non fuerit Clericus omittitur illud verbum, suspensionis.

3 Quem effectum habeat prædicta forma verborum, colligere facile poteris ex supradictis l. 2. c. 20, a n. 55.

§. 2.

Forma Absolutionis in necessitate, & in brevibus Confessionibus.

4 **U**Rgente periculo mortis, vel necessitatis, sic absolves: *a* Ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. vel *b* Ego te absolvo ab omnibus censuris & peccatis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen

a Sa loc. c.

b Jos de Aug tit.

5 In brevibus item confessionibus

Q

nibus

¶ *Sà ibid.*

nibus; & ut illorum, qui sæpe
confitentur, immo & in longio-
ribus, frequente populo, qui au-
res Confessoris petit; præstat
formam prædictam, verba ne-
cessaria continentem, proferte-
dumtaxat.

C A P. II.

Qua ratione Confessor pec-
catorum meminisse de-
beat, quando ea
absolvit.

¶ **P**Otest frequenter contem-
gere, ut sive propter Con-
fessionem valde longam, sive
quia necesse fuit absolutionem
per aliquot differre dies;
quando impendenda sit absol-
utio, Confessor oblitus fuerit
peccatorum pœnitentis. Quo-
modo igitur ergo quid in hoc casu
agendum.